

***Sol theologorum...* – o. Stanisława Papczyńskiego**

S[tanislao] à I[esu] M[aria] S[cholarum] P[iarum] – tak o. Papczyński podpisał się na końcu dedykacji swojego utworu, który do niedawna był uważany za zaginiony. Choć druk wydano anonimowo, to właśnie Papczyńskiemu należy przypisać jego autorstwo. Inne jego dzieła napisane w tym czasie i znane już wcześniej, zostały opublikowane pod jego imieniem zakonnym. Spotyka się książki drukowane autorstwa pijarów, ale podpisane imieniem i patronem zakonnym bez nazwiska. Był bowiem okres, na przełomie XVII/XVIII wieku, kiedy najwyższe władze zakonne zabraniały odgórnie, na pracach wydawanych drukiem umieszczanie swojego nazwiska. Musiało wystarczyć imię własne i patron zakonnym. Stanowiło to i nadal stanowi dla badaczy niewątpliwą trudność w odszyfrowaniu właściwej osoby.

Pełny tytuł odnalezionego utworu Papczyńskiego brzmi: *Sol Theologorum In Annua suae celebritatis revolutione ex Varsavien[si] suae Religionis cathedra Demonstratus [...]*, Varsaviae: apud Viduam et Haered. Petri Elert, [1665]. Druk ten wydany na ośmiu kartach w formacie 4-o nie jest notowany w bibliografii Estreichera. W maju 2018 roku nabyła go Biblioteka Narodowa w antykwariacie warszawskim Lamus, za kwotę 990 zł. Znajduje się tam obecnie pod sygnaturą: SD XVII.3.17501 i jest dostępny w Domenie Publicznej w wersji elektronicznej. Centralny Katalog Poloników XVII-XVIII wieku rejestruje jeszcze jedną lokalizację tego dziełka: Martin MS BaPip 3854.

Powyższy druk o. Papczyńskiego jest wymieniony w katalogu zachowanym w Kongregacji ds. Kanonizacyjnych w Rzymie (poz. Nr 16), w którym dokładnie opisano zestaw pism (w większości rękopiśmiennych) danych do oceny doktrynalnej¹. Do tej pory utwór ten stanowił pozycję na tzw. Liście dzieł zaginionych o. Stanisława Papczyńskiego. W powyższym katalogu dziełko to jest opisane jako: „Mowa panegiryczna (rękopiśmienna !) o św. Tomaszu”.

O. Stanisław Papczyński w latach 1663-1667 przebywał w Warszawie, gdzie obok funkcji kaznodziei i prefekta kolegium nauczał retoryki. W spisie członków domu zakonnego pijarów w Warszawie figuruje już pod datą 16 maja 1663 jako spowiednik, kaznodzieja i nauczyciel młodzieży pijarskiej. Okres warszawski o. Papczyńskiego zaznaczył się także wydaniem drukiem jego podręcznika do retoryki oraz kilku utworów panegirycznych: *Prodromus* (1663), *Doctor Angelicus* (1664), *Sol theologorum* (1665), *Panegyris Lyrica* (1666).

W rok po ukazaniu się pierwszego wydania *Prodromusa*, tj. w roku 1664, Franciszek Grzybowski, który wydał drukiem kazanie o. Papczyńskiego o św. Tomaszu z Akwinu - *Doctor Angelicus*, w Dedykacji dla przełożonego klasztoru dominikanów na Nowym Mieście w Warszawie z

¹ J. Królikowski, *Zespół III. Sprawozdanie z prac w okresie od kwietnia do października 2013 r.*, „Hereditas Monasteriorum” 2014, vol. 3, s. 451-452. [Poz. nr] 16. Oratio panegirica manuscripta de s[ancto] Thoma, inscripta: *Sol theologorum*. Incipit: *Crudelissimum profecto facinus, desinit: submissis animis poplitibusque veneremur.*

dumą podkreśla, że jest uczniem o. Papczyńskiego. Należy pamiętać, że o. Papczyński w 1699 r. otrzymał dwa listy polecające od Franciszka Grzybowskiego dla uzyskania aprobaty papieskiej swojego Zakonu. Mowa pochwalna - *Słórice teologów, o św. Tomaszu* – jest zapewne drugą mową o. Papczyńskiego wygłoszoną w kościele warszawskim rok później po *Doktorze Anielskim* i jest dedykowana Stanisławowi Baryczce, jednemu z członków bogatej rodziny patrycjusza Starej Warszawy.

Baryczkowie² - zawsze pobożni składali liczne i znaczne ofiary na cele Kościoła. W zamian autorzy książek poświęcali im swe dzieła i w obszernych dedykacjach cnoty rodu wychwalali – tak autor obszernej monografii charakteryzuje stary ród mieszczan warszawskich. Baryczkowie będąc mieszczanami w 1658 roku uzyskali indygenat potwierdzający szlachectwo. Na odwrocie karty tytułowej *Sol theologorum* umieszczono tzw. stemmat, czyli wyobrażenie herbu rodu Baryczków – „Zacne Krzyżowo”: na tarczy w polu jakby dwa krzyże połączone ze sobą dłuższymi ramionami; całość podtrzymują dwie podpórki³. Poniżej znajduje się pochwalny wiersz na herb o. Papczyńskiego, który nawiązuje do heraldycznego przedstawienia.

Dedykacja jest skierowana do Stanisława Baryczki⁴ (ok. 1615-1682), sekretarza królewskiego. Po studiach humanistycznych w obcych krajach, piastował on liczne urzędy w Starej Warszawie. Po śmierci ojca Wojciecha objął w 1643 r. urząd owiesnego królewskiego⁵, który sprawował przez 39 lat, oraz sekretarza królewskiego ok. 1645 r. Na sejmie w 1658 r. otrzymał wraz z braćmi Wojciechem i ks. Janem indygenat i herb własny, przez co stracił urzędy miejskie. Otrzymał natomiast tytuł podstolego czernihowskiego, nadany w 1664 r. Posiadał liczne nieruchomości miejskie i dobra ziemskie. Jako owiesny królewski pokrywał nieraz wydatki stajni królewskiej, użyczając pomocy królowi. Słynął także ze swej hojności na rzecz zakonów, którym pozostawił liczne fundacje.

Autor monografii o Baryczkach nie dokumentuje jakiś spektakularnych odniesień do pijarów, w postaci darowizn, czy fundacji; nie wykluczone że takie były i sam o. Papczyński mógł uzyskać wsparcie od nich. Znana natomiast jest jego hojność na rzecz dominikanów warszawskich, którym wznosił między innymi w 1647 r. refektarz, wybudował bibliotekę i „napełnił księgami”, w których się kochał. Uzyskana przez Stanisława Baryczkę godność podstolego czernihowskiego (1664) być może stwarzała dobrą okoliczność do powstania tegoż panegiryku z inicjatywy dominikanów warszawskich, u których rok wcześniej o. Stanisław Papczyński miał możliwość prezentować swoją pierwszą mowę o św. Tomaszu.

² M. Baruch, Baryczkowie. Dzieje rodu patrycjuszowskiego Starej Warszawy, Warszawa, Towarzystwo Miłośników Historii, 1914, 186, [2], VII s.

³ Tamże, s. 17 i nn.

⁴ Zob. T. Mikulski, *Baryczka Stanisław (+1682)*, [w:] *Polski Słownik Biograficzny*, t. I, Kraków 1935, s.343.

⁵ Urzędnik dworski zarządzający zaopatrzeniem i przechowywaniem paszy dla koni – przyp. aut.

W załączeniu dedykacja w tłumaczeniu na język polski⁶ oraz faksymile całego dziełka.

Wielmożnemu i szlachetnemu panu Stanisławowi Baryczce, podstolemu czernihowskiemu, zarządcy stajni Jego Królewskiej Mości i sekretarzowi, pozdrowienia.

Wielmożny i szlachetny panie, ofiaruję ci słońce, malowane kolorami słowa, bo jak słońce między gwiazdami, tak między doktorami świętej nauki pierwszy jest Akwinata. Nikt nie mógłby zabrać mu tej chwały, ani nie śmiałyby mu jej odmówić, skoro jego dotyczy ta hiperbola mędrca: *Człowiek w mądrości jest jak słońce*. Zatem, gdy zobaczyłem kaplicę warszawską świadczącą o pobożności Baryczków, nie zastanawiałem się wiele, do kogo zbliżyć się z obrazem tego słońca, który lekko tylko naszkicowałem.

Z trzech braci pierwszy przyszedłeś z pomocą, wielmożny i szlachetny panie, zatem tobie słusznie należy poświęcić moje dziełko. Godni jednak wszyscy byliście tego słońca, ale ja, nie ośmielając się dzielić jedności na wiele części, skłoniłem się ku najstarszemu z was wiekiem, oddając cześć nie tylko wiekowi, a i owszem – dzisiejszemu świętu. Bo świętujesz dzień narodzin, a dla przyjętego zwyczaju należy związać cię węzłem należnej czci, uczcić hołdem pokornej służby. Abym tego dowiódł, samego siebie razem ze słońcem w pobożnym posłuszeństwie ofiarowuję majestatowi twojego panowania. Obyś zechciał przyjąć chętnie mój dar i moje staranie, równie chętnie ofiarowane! Niech ci nieustannie świecą jasne słońca, a w wieczności dane zostanie oglądanie Słońca wiecznego.

Tego pragnie i o to się modli mówca wielmożnego i szlachetnego panowania twego wobec Boskiego Majestatu.

Stanisław od Jezusa i Maryi Szkół Pobożnych

⁶ Tłum. z łac. Bogusława Frontczak.

S O L
THEOLOGORVM,

7 N

Annua suæ celebritatis reuolutio-
ne, ex Varfauien̄ suæ Religionis
cathedra

DEMONSTRATVS,

A

Religioso quodam Patre ex Pauperibus Matris Dei
Scholarum Piarum.

Anno

Ortus Iustitiæ quo SoL eX Virgine mVnduM
Per raDios Clarum reddidit ipse suos.



VARSAVIÆ,

Apud Viduam & Hæred: Petri Elert, S. R. M. Typogr.

GLORIOSÆ DOMÛS BARYCZKIANÆ
CRVCES.



*Ritè BARYCZKARVM cœlesti Stemmate lucet
Vna Polam versus CRVX sita, & una solum.
Hæc docet in terris CRVCIFIXI facta sequenda;
Illa Potè spondet post pia facta thronum.
Stare, CRVCES sanctæ; serosq̃ue docete Nepotes
Es sperare bene, & agere Catholicè.*



Magnifico ac Generoso Domino,

D. STANISLAO BARYCZKA
V. DAPIFERO CZERNIE.
HOVIEN: S. R. M. STABVLI PROVISORI
ET SECRETARIO.

Vtramque Salutem.



OLEM Tibi offero, **MAGNIFICE**, ac **GENEROSE DOMINE**, pietum facundia coloribus. Ut Sol inter sidera, sic inter Sanctioris scientia Doctores Princeps **AQUINAS** est. Hanc ipsi gloriam nec possit ullus praripere, nec audeat invidere. De ipso citra hyperbolem dicendum illud Sapientis: Homo in sapientia sicut Sol. Huius itaque **SOLIS** cum vidi Sacrarium Varsaviense ad **BARICZKIANAM** pietatem referri, non multum deliberaui, quem ipse cum effigie per me leuiter adumbrata accederem. Ex tribus Germanis primus occurristi, **MAGNIFICE ac GENEROSE DOMINE**, cui merito sacrandam sit opella mea. Di-

gni

qui eratis omnes hoc S O L E, sed ego unum in plures di-
uidere non ausus ad maiorem annis deflexi, seruiens atati,
quin etiam hodierna Festiuitati: Celebras enim Natalem
lucern, proque recepta consuetudine vinculo es ligandus of-
ficiosæ uenerationis, homagio submissæ mancipationis vene-
randus. Quod ut præstem, hoc unà cum S O L E me to-
tum ad deuota obsequia M. Dominationis Tuæ offero.
Tu porrò uelis eo animo S munus S promptitudinem,
meam acceptare, quo offertur; libenti. Sic Tibi perpetuò
sereni luceant Soles, S increati uisio S O L I S ater-
num donetur.

Hoc uouet, S precatur.

M. ac G. Dominationis Tuæ
apud Diuinam Maiestatem
Orator.

S. à I. M. S. P.

SOL



S O L

THEOLOGORVM.



RV Delissimum profectò facinus Tyriorum seruorum, qui suos Dominos funestâ internecone deleuerunt, sine magno horrore, grauiq; abominatione memorare nunquam possum.

A. E. ex altera verò parte seruati ab ea cæde per fidum piumq; seruum Stratonis fortunam & ingenium quoties in mente habeo, toties diuinâ prouidentiâ non delectari tantum, sed etiam rapi cogor in stuporem. Cum enim sæuissimos inter parricidas de creando Rege fuisset instituta consultatio, in eam tandem sententiam post multas disceptationes conuentum fuit; vt, qui prior Solis orientis lumen à se visum cæteris demonstrasset, is potissimum quasi Dijs acceptissimus ad Regiæ solii dignitatis eucheretur. Interea cum Stratone suus ille Benefactor seruus rem communicauit; acceptoque consilio, solis vt ortum quæreret in occidente, spectantibus alijs orientem, primus diurnæ fulgorem lucis in fastigio Ciuitatis aspexit, notauit, ostendit. Verum non seruilis hæc ingenij ratio visa fuit: proindè facti quæsitus & inuentus Author, ab omnibus præter spem & opinionem Rex consalutatus est. Redit iterum ad nos annuâ peractâ reuolutione *Theologorum Sol* **AQVINAS**: Cuius ortum & meridiem tametsi ipsa ratio me iubet spectare, quò ampliorem virtutum illius lucem vobis, **A. E.** demonstrare possim: tamen
ego

ego diuino propè consilio monitus in Occidentem potius deflectam, ex doctrinaque non vita illius collectos radios oculis animorum vestrorum spectandos proponam. Atq; id non eo sine aggredior, vt, à qua Religiosus animus quasi peste debeat abhorre, vanam mihi eloquentiæ laudem comparem; sed nè debito honore (si fortè viribus meis diffidens Prouinciam mihi delatam non suscepissem) singularem vestrum omnium, quotquot diuinæ scientiæ sectatores estis, Principem atque Ducem patiar spoliari. Illius ergo venerandi gratia illum esse *Theologorum Solem, Doctorum lumen, Scholarum præcipuum Sydus,* ostendam. Quod si me ad aspectum fulgentissimæ in Ecclesia Dei LV CIS cæcutire posse videritis, peto à vobis obnixè & humiliter, A. E. vt vestræ solùm humanitati confisum, nè labatur, Oratorem fulciatis; aut, si forsan errore aliquo protrusus in lapsum fuerit, illà ipsà quam superiore anno mihi ex hoc loco verba facienti liberalissimè obtulistis, attentione subleuetis.

Non errat ingeniosorum pictorum industria, qui Sanctissimi Doctoris pectus illustri sole amiciunt. Nam licet alibi contra genuinam veritatem pictoribus, atque Poëtis, multa licenti; hinc tamen eruditos penicillos iuxta certissimæ lineas veritatis dirigunt. Soli proprius locus est in illis orbibus, qui mansionem Diuinam, cælum Empyreum, circumagunt. Taliunt sunt instar orbium costæ pectoris diuinissimi Т Н О М æ, cor illius Deo plenum quasi cœlestes Sphæræ ambientes. Ex quo merito his in spheris à Pictoribus lucidissimus exaratur Sol, indicans ibi DEVM adesse, vbi cælum est; ibi cælum esse, vbi suam lux habet stationem. Quanquam potius compendij gratia pictores id faciunt, quòd in Aquinatis pectore solem locant. Si enim vellent exactè fulcèque simul ostendere, quo pacto *omnium Theologorum ingenia ex D. Thomæ doctrinâ lucem hauriunt;* pingere cogentur illum in exedra sedentem, & infinitam Diuinæ scientiæ cultorum multitudinem erudientem, ita, vel eo verborum ex ore eius clarissimi radij promerentur, loco sententiarum lucidissimæ faces. Atquî hunc magnum, difficilem, diffusumque laborem eruditi volentes euitare pictores, pectus tantùm Do-

Atorum Principis Ægyptios imitati insigniunt Sole, vt quisquis illius inspexerit effigiem, facile possit agnoscere & determinare, THOMAM esse THEOLOGORVM SOLEM. Iuvat hoc ipsum clarius ob oculos ponere, & præclarum Archimedis inuentum commemorando maiorem SOLI nostro lucem addere. Syracusas quondam totâ Siciliâ Urbem celeberrimam Romana classis oppugnabat. Vires defuerunt obsessis, non ingenij. Sapiientissimus namque illorum Archimedes nouo more ex opposito classis hostilis concaua specula erigens, & vehementi SOLI opponens, id arte suâ confecit, vt primo vela, tum naues ignem conciperent, ac tandem stupendo incendio conflarent. Triumphet hoc inuento Mathesis id vitreis efficiens, quod ignei ferrei que globi vix faciunt. Nos maiora dicamus. Auidissima totius Orbis occupandi Hæresis, vt olim Roma, sic illa post, diuersas inuasit nationes, Prouincias, Regna, inuasit inquam, & peruasit; immò etiam subiugauit. Fortunatis denique successibus elata ipsam Christi in terris Metropolim expugnare aggressa est. Atque huic negotio conficiendo, Superi! quot classes varijs Ducibus adornauit! Leuiores omitto; illas, quæ nouis à Marcellis, Arijs videlicet, Calvinis, Luterisq; instructæ sunt, & Orbi Christiano admotæ, præterire nullo modo possum. Graues hæ profectò, fuerunt Orthodoxæ Ecclesiæ, nimium graues. At ortus in ea nouus Archimedes (Diuinam scientiam intelligo) crexit plurima specula, Theologos sapientissimos; qui sui SOLIS in se collectis radijs omnes illas Hæreseon classes exusserunt, & ad vsq; nostra tempora exurunt. Quis verò hic est Sol Theologicus? A QVINAS doctissimus. Quem PONTIFEX à pietate nomen sortitus fatetur, vniuersam Ecclesiam illuminasse, infinitas hæreses destruxisse, & postquam in numero Sanctorum censi cæptus est æui quoque posterioris Hæreticos suæ vi doctrinæ conuicisse. Sed quoniam veluti in cœlo sic in Ecclesia DEI variæ sunt luminum species, non est aliquod ex minoribus luminibus fulgentissimus THOMAS dicendus; immò LVMBEN illud maximum, quo maximi quique Doctores illuminantur appellandus est. Nemo quidem

ma-

manifestissimo æternæ Veritatis oraculo Lucis titulum cuius Doctorum impertienti audebit se opponere; licebit tamen huius oraculi declarationem, si non aliundè, certè sacris à vatibus postulare. Adeamus igitur saltem illum, quem Leones nobis illæsum reliquère, nec dubitemus, quin eà nobis fidelitate coelestis verba Regis, quâ Regibus Assyrijs vel somnia vel portenta explicuit, sit enodaturus. Et iam audio sapientissimè ab hoc Sanctiore Oedipo præsentem Sphingem resolui, Lucemque hanc tituli Sacris Doctoribus adscripti, non Solis aut Lunæ, sed stellarum lucem denominari. *Fulgebunt, inquit ille, qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi Stella in perpetuas æternitates.* Illi verò à quibus erudiuntur erudientes, docentes docentur; qui Doctores, vt ita dicam, Doctorum sunt, cuius, obsecro, lucis titulo adornandi? num eorum astrorum, quæ caliginosæ noctis obscuritatem illustrant? atquæ dies diei eructat verbum, cum Doctori Doctor indicat scientiam. Restat ergo, vt illos mundi Soles nominemus; præsertim cum *Homo*, iuxta sententiam Sapientis, *in sapientia manet sicut Sol.* Atque hinc quauis luce clarius patet, maximum esse *Lumen* inter Ecclesiæ lumina D. THOMAM AQUINATEM, qui ipsos docet Doctores, ipsam lucem illuminat. Hoc enim negare minime potestis; quandoquidem vel illa totius mundi Palæstra (denominatam à mundi Saluatoris nomine Societatem intelligo) illa inquam omnium regnorum atque nationum Magistra, non alium sibi Diuinæ scientiæ delegit Magistrum, quam THOMAM; non aliam ingeniorum quærit lucem, quam clarissimi Theologorum Solis non aliud lumen ambit mentium, quam à quo Doctores omnes illuminantur. Veniã tamen hoc eorum dixerim, qui habent suum quod sequuntur *Sydus.* Tametsi mihi Oratoris munere perfectè fungi cupienti nè minimum quidem vnguem placet à proposito discedere. Quapropter conabor adhuc, quo capî studio, in vero Doctorum Lumine demonstrando persistere: vos tantum oro atq; obsecro, A. E. nè ex mea di'ceptione tædium aliquod capiatis. Postquam rerum omnium auctor DEVS pulcherrimum illud opus, cæleste firmamentum, absoluit

soluit; postquàm non minùs speciosum quàm spatiosum terrarum orbem vno verbo condidit: propter vnus emolumentum, alterius ornamentum, duo magna luminaria, quantitate forsan æqualia, sed qualitate diuersa, cælo affixit. Quid enim cælum fuisset absq; luminaribus? corpus absq; oculis: quid terra? materia informis, inutile pondus, inanis globus. Creauit ergo sapientissimus opifex luminare maius, & luminare minus; quo fine? vt lucerent super terram, quid amplius? vt præessent diei & nocti, quid postremo? vt diuiderent lucem, ac tenebras. Sed numquid his erat opus luminaribus, cum iam ille ipse copiosissimam primo die lucem congregauerat, in vnumq; globum congefferat, ita, vt præter eam nihil cælum luminis, nihil terra desiderare posse videretur? Clara fateor illa fuit lux; & ornando cælo & orbi illuminando sufficientissima; tamen aliâ luce fuit omninò illustranda, aut potius in plures diuidenda faces, quò maior cælo venustas, terræ notabilior vtilitas accederet. Sic maximo pendente in medio cænaculi candelabro, videmus minora tum in mensis locari, tum parietibus affigi; vt clarius non solum cænaculum, sed ipsum etiam candelabri lumen reddatur. Ad rem venio; mirorque mirari quosdam, præter scripturam, quæ lucis instar est copiosissimæ, adhiberi in Ecclesia DEI luminaria diuersa, Doctores inquam, interpretes, elucidatores istius diuinæ lucis. Quale enim hoc mysticum Christi esset Cælum, si stellis, si planetis, si oculo, si sole clarissimo priuaretur? Affigenda fuerunt huic firmamento quàm plurima pulcherrimaq; sidera; vt lucerent benè agendo, præessent benè regendo, benè docendo lucem à tenebris distinguerent. Atque inter hæc non postremum sibi locum vendicat D. THOMAS AQUINAS; imò ipse est Luminare maius. Maioris quippè Luminaris natura est; non lucere tantum Orbi, sed etiam quibusdam Astris lumen communicare ad eundem Orbem illuminandum. Sic è sapientissimi Ambrosij aliorumq; doctrina discimus, Lunam à Sole suum lumen mutuari: Sic è Mathematicorum haurimus disciplinis, & ipsa docemur experientiâ Ma-

... a, quosdam Planetarū tantō minū habere luminis, quan-
tō sunt à Sole remotiores. Ex qua causa meritō Sol Luminarē
maius nuncupatur, cum tam ipse per se, quā per alia sidera
terris lumen impertitur. Te verō, Doctorum sanctissime, atq;
sapientissime, quis huic Maximo Luminari neget esse similli-
mū? Tu enim non doctrinā tantū tuā, verū & virtute; non
verbo duntaxat, verū & exēplo, Christianū orbem illustrasti;
cū & tuas illas Diuinarum rerum speculationes in praxes ope-
rum deduxisti, & immensam sacris literis lucem maximumque
Theologiæ lumen attulisti. Cū autem aliorum Doctorum
non Ordinis modo tui, sed & orbis, illuminas ingenia, cum il-
lis Diuinæ scientiæ lumen ad errorum omnisque falsitatis dis-
cutiendas nebulas impertiris, an non, TV, Luminare maius,
an non DOCTORVM SOL meritō vocaberis? Vtinam, vtinam,
A. E. exprimere hoc linguā possem, quod mente conceptum
teneo; facillimē vobis persuaderem, hunc Angelicum Virum
non minus lumen alijs, Doctoribus, quā Lunæ Sol, aut
quibusdam Planetis communicat, communicare. Verū quō
plures istiusmodi rationes intellectui meo obuersantur, eō
magis hebescit lingua, nec animo sagaci ignaua obtemperat.
Quō me vertam igitur? aut quibus verbis claritatem huius
SOLIS THEOLOGICI explicabo? in promptu consilium est;
adibo vobiscum, A. E. Secundum Philosophum & Imperatoris
Adriani quæstionem repetens, quid sit SOL? interrogabo.
SOL, ait Secundus, est cæli oculus: an non Cæli mystici oculus
est AQVINAS? SOL est splendor sine occasu: an talis non est
AQVINAS? SOL est dici ornatus: an alius est AQVINAS?
Si verō Omnium Sapientum Principem eiusdem Solis de-
scriptionem rogauerimus, dicet nobis omninō Siracides: So-
lem esse vas admirabile excelsi, exurens montes, radios igneos
exsufflans. Quid horum deest AQVINATI? cui, siue San-
ctimoniam vitæ, siue magnitudinem Sapientiæ, siue Diuinæ
gloriæ propagandæ zelum considerabis, non immerito Pau-
linum Vasis electionis titulum conferes. Illo enim velut in-
strumento suo, quod per Vas in Sacris paginis frequentissimē
signifi-

significatur, orbis ille gubernator DEVS, ad plurima præclarissimaq; opera vsus erat. Illum vti verum SOLEM Sacræ Theologiæ illustrandæ adhibuit, in celeberrimisq; toto orbe gymnasijs non spectandum solum proposuit, sed etiam adorandum. Illum planè in ipso statim exortu tenebris illis opposuit, quibus nescio qui veritatis, submissionis, & charitatis inimici, Euangelicæ Paupertatis nitorem inuoluere satagebant, atq; Viros imò Ordines eam professos emissis etiam in lucem libellis, verius dicam nebulis, obruere. Quas nebulas Theologicus iste SOL ita suæ doctrinæ radijs dissipauit, vt & obscurissimos tenebriones palam in luce vniuersi orbis confutando confunderet, & iustam Religiosis Ordinibus apud omnes æstimationem restitueret, & deniq; præclarissimam victoriam veræ Lucis amator & assertor de tenebris reportaret. Quo pacto ostendit se fuisse *Vas admirabile* excelsi; ostendit se & sciuisse, & potuisse, (quod SOLIS proprium est) ab obscuritate claritatem, à nocte diem, à caligine lucem discernere, diuidere, separare. Quin etiam vehementer ardentibus sibi inesse radios tum declarauit, cum tumentes illorum Montium vertices ita exussit, vt amplius germina infamationis, odii, liuoris, nulla proferre possent. Quocirca fulgentem hanc flagrantemq; Lucem necesse est vt veneremur, ab eaq; Doctorum Ecclesiæ mentes illustrari, aduersariorum montes exuri, fateamur. Enimuerò Scholas adhuc, si placet, accedere possumus, & harum præcipuum *Syderis* AQUINATEM contemplari. Cernitis? vt suo fulgore sublimes exedras circumfundit; atq; SOLIS æmulatus liberalitatem omnibus Diuinæ Scientiæ cupidis, quæ paruis quæ magnis sese communicat? Præterea hinc Sæculares, vt dicimus, Academies: Præterea varia plurimarum Religionum gymnasia, in quibus huic maximo *Syderi* passim litatur. Vnicam mecum A. E. huius eruditissimæ, apud quam nunc sumus, *Familia* Scholam perlustrate, in hac quasi Delphicus Apollo suus iste *Phæbus* adeò colitur, vt nullum gloriosius nomen ambiat, quam Thomisticæ; nullos alios quærat Magistros nec admittat, præter illum vnum, qui

totius orbis Magister est, director Sacrorum Conciliorum, Ecclesiæ Præceptor: in cuius iuuat vtrò verba iurasse. Desinat antiquitas Rhodium Colossum fictis laudibus cælo attollere; qui præternauigantibus viam totus lucidus, totus luminosus, in opaca noctis caligine demonstrabat. Habet, habet Sanctissimi DOMINICI Patriarchæ religiosissimus ORDO lucidissimam *Columnam*, imò Suum SOLEM; qui portum Sacræ Theologiæ per ignota multarum quæstionum maria petentibus tam clarè lucet, vt vel eo solo Duce in cursu Theologico minimè possint aberrare. Nimirum quemadmodum animal quoddam lapidem fronte gerit, carbunculum nominatum, sic illustrem, vt propter eius claritatem totum illustre sit: eâ ratione quisquis illustrissimi SCHOLARVM SYDERIS DIVI THOMÆ AQVINATIS Theologiam vel capite complectitur, vel explicat ore; ita eum clarere necesse est, vt non solum ipse clarus existat, verùm & Auditores suos reddat clarissimos. Non opus est externis hoc exèplis roborare, cum domestica planè in hoc BARICCIANO Athæneo suppetant, & in oculis propè nostrum omnium versentur. Quotquot enim vestrum, eruditissimi tanti Magistri Discipuli, tanti Doctoris cultores aut sectatores, nunc sub aspectu habeo; tot videor mihi me videre Planetas, lucidissimi Scholarum vestrarum SYDERIS assumpto lumine coruscantes. Ac propterea sentio me quasi in quadam cœlesti sphæra fixum esse, Vobis quasi quibusdam Astris circumdatum, & SOLE circumfusum tali, ex quo splendidissimi emanantes radij suam in Vos lucem transfundunt adeò, vt eâ tantò clarior fulgeatis, quantò huic Vestro SOLI propiores adestis. Quapropter, vt magis ac magis hoc fulgore splendeatis, propius adhuc accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestræ non confundentur. Ad vos iam redeo A. E. quibus iam clarè fatis ostensum esse puto, DIVVM THOMAM Theologorum esse Solem, Doctorum Lumen, Scholarum præcipuum Sydus. Ultra progredi nefas est, nec ego volo; ne vel istius ardore SOLIS in altum sese vibrantis orationis alæ consumptæ Icarum Vobis nouum exhibeant, vel eiusdem fulgore Lucis

eis perstricti oculi Tyresiam aliquem producant. Quamobrem subducamus intentos ab hoc SOLE vultus; &, quem non possumus diutius inspiciendo nitidissimo disertæ facundix cultu celebrare, silentij velo adumbratum submissis animis poplitibusq; veneremur.


D I X I.

THeologos radijs **T H O M A S** illuminat omnes
Doctrina, cœu Sol Astra Minora, sua.
Doctores veri perfectō lumine ditat;
More Promethæi quod tulit ipse polo.
Sydus quarumvis idem est illustre Scholarum,
A quibus & tenebras & fera monstra fugat.
Ergo meis oculis Phœbus quo luxerit vsque,
Huc **T H O M A S** animo luceat vsque meo.

Religiosus Censor ad Authorem.

VT sua Sol oculis pingit simulachra videntis;
Pectore, sic **T H O M A E** lucet imago tuo.
Sic aquila pullus radios non degener hauris,
Huius qui latè **S O L I S** ab ore micant.
Perge tuâ linguâ clarum magè reddere **T H O M A M**,
Ut clarum reddat Te quoque luce suâ.





Admittitur & approbatur, & cen-
setur fore luce dignus. Var-
saviae, Die 29. Aprilis 1665.

MATTHÆVS JAGODOWICZ I. V.D.
*Prothonotarius Apostolicus Canonicus
& Officialis Generalis Varsaviensis.*

